

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschieden] 1559

Scena III.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

recte hoc mihi in
 Mentem uenit : nanque adolescens , quàm minima in
 spe situs erit ,
 Tam facillime patris pacem in leges conficiet suas .
 Etiã haud scio , an ne uxore ducat , ac Syro nil gratia .
 Quid autem hoc ? senex exit foras : ego fugio . adhuc
 quod factum est ,
 Miror non iussisse illico me arripi . ad Menedemum hinc
 pergam . eum
 Precatorem mihi paro : seni nostro fidei nihil habeo .

ACTVS QVINTI SCENA III.

SOSTRATA, CHREMES.

- S. Rofecto , nisi caues tu homo , aliquid gnato
 p conficies mali :
 Idq; adeo miror , qui tam ineptum quicquam
 potuerit tibi
 Venire in mentem mi uir . C. oh , pergin' mulier esse ?
 ullam ne ego
 Rem unquã uolui , quin tu in ea mihi aduorsatrix fueris
 Sostrata ? at
 Si rogitem iam , quid est quod peccem , aut quam ob rem
 id faciam , nescias .
 In qua re nũc tã confideter restas stulta ? S. ego nescio ?
 C. Immo scis potius , quàm quidem redeat ad integrum eor
 dem oratio .
 S. Oh , iniquos es , qui me tacere de re tanta postules .
 C. Nõ postulo : iam loquere . nihilo minus ego hoc faciã tamẽ .
 S. facies ?

S. Facies? C. uerum. S. non uides, quantum mali ex ea re excites?

Subditum se suspicatur. C. ain' tu? subditum? S. certe inquam mi uir. C. confitere tu

Tuum non esse. S. au, obsecro istuc nostris inimicis fiet. Egon' confitear meum non esse filium, qui sit meus?

C. Quid metuis? ne non, cum uelis, conuincas esse illum tuum?

S. Quòd filia est inuenta? C. non, sed, quod magi' credendum fiet,

Quòd est consimilis moribus,

Facile conuincas ex te natum: nam tuì similis est probe:

Nam illi nihil uitij est relictum, quin id itidem sit tibi:

Tum præterea talem, nisi tu nulla pareret filium.

sed ipse egreditur, quàm seuerus. rem cū uideas, cēseas.

ACTVS QVINTI SCENA IIII.

CLITIPHO, SOSTRATA,
CHREMES.

Clit. I unquam ullum fuit tempus mater, cum

f ego uoluptati tibi

Fuerim, dictus filius tuus tua uoluntate, ob

secro

Eius ut memineras, atque inopis nunc te miserescat mei;

Quod peto, & uolo, parentes meos ut cōmonstres mihi.

S. Obsecro mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,

Alienum esse te. Clit. sum. S. miseram me, hoccine quaesisti obsecro?

Ita

